Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26003
Copyright: Admont, Benediktinerstift

leticia succedit inmortalitatis et incorruptionis. Sane quod ait cum remigassent quasi stadiis .xxv.
aut .xxx. magnitudinem spectat miraculi. quod cum illis ascendentibus naui ihesus non uenisset ad eos.
tanto spacio usque ad illos super mare ambulauerit. Nam cum littora curua sint. et non nullis in locis la
tis cuneis tenuem producat in equora linguam. quocumque ex tractu littoris ihesus mare ascendit. mag
no satis spacio super aquas ambulauit. Si de sinuoso littoris secessu ascendit .xxx. stadiis am
bulauit. si magis introrsus productum litus tenuit .xxv. stadiis mare ambulando calcauit. Hec si mysti
co sensu hic istis numeris attendere libet. quando in temptationibus subuenit. siue a perfectione boni operis.
siue a fide quoque sancte trinitatis in persecutionis exturbatos usitat. quando cursum sue dignationis perficit. et
ad longe deiectos in profundum animos de longinquo eterne stabilitatis sue litore auxiliatrix gratia
percurrit. Nam .xxv. stadiorum numerus cum totus sit quadratus ex quinario in se ducto compositus. quinquies enim
quinque .xxv. faciunt. perfectionem boni operis extrinsecus significat. quod .v. sensibus corporis perficitur. et .v.
libris moysi commendatur. tricenarius autem numerus quem secunda unitas idem denarius perficit. tercio repetitus euangeli
cam trinitatis fidem nichilominus recte figurat. Itaque dum christiano in persecutionis vel occulte tempta
tionis a bono ope depulso christus subuenit. quasi .xxv. stadiis elongato et abstracto subuenit. cum
autem ei qui fidei quoque dampna incurrit miseratus appropinquat. quasi .xxx. stadiis longe iactatam
naniculam liberat. Et timuerunt inquit. imo et pre timore clamauerunt. iuxta alium euangelistam quia
putauerunt quod phantasma esset. Ille autem dixit eis. Ego sum nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum
in nauim. et statim fuit nauis AD TERRAM QUAM IBANT.

Hoc loco hic euangelista pretermittit quod MATHEUS non tacuit. quia SYMON PETRUS magnę fidei et dilectionis ardens erga dominum ihesum. domine inquit si tu es iube me uenire ad te super
aquas. et illo dicente ueni. descendens de nauicula ambulabat super aquas ut ueniret ad ihesum.

Hoc contra suos inimicos quosdam hereticos qui ab erroris sui qualitate fantastici dicti sunt ueritas uoluit p
uidit. ne de esse christiane fidei os aut spes quo phantasticam quoque blasphemiam leuiter exsufflare possęt.

Fuerunt enim heretici qui dominum nostrum non uerum et solidum sed phantasticum corpus habuisse dicerent. hoc
argumento nimis infirmo abutentes. quia super aquas ambulauit. Si inquiunt super aquas ambulauit. phan
tasticum et non uerum corpus fuit. Hoc dixerunt tam inpiti quam impii. tam hebetes quam audaces. Nam eidem auc
toritatis ueritas eidem et eadem ueritatis auctoritas PETRUM refert ibidem super easdem am
bulasse aquas. et non ante cepisse mergi. quam timere uidens uentum ualidum uenientem. fortassis
insignum atque portentum futurę negationis. quam dicturus erat flante magno uento diabo
li in pretorio pilati. non noui hominem. nescio quid dicis. Consequitur ergo ut PETRUM quoque uerum fuis
se hominem. uerumque corpus habuisse denegent. qui et ipse super aquas ambulauit easdem. Sed PETRUM
uerum fuisse hominem. imo purum hominem. id est solummodo hominem non etiam deum fuisse negare non poterant.

Consequebatur ut hostes et negatores uere humanitatis christi obmutescerent. quia non poterant uno
eodemque perfacto de christo et PETRO contraria rationabiliter predicare. scilicet unum ambulamento super
aquas uerum et purum hominem extitisse. alium autem quoniam idem fecisset uerum hominem non esse. uerum corpus